1112

GG Dambrowskich Coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneali Praemisliensis Generosi Carolus Dambrowski olim Generosi Iacobi Dambrowski cum olim Generosa Anna Czermzinska procreatus filius ab una, et Anna Celinska olim Generosi Iacobi Celinski cum Generosa Helisabetha Strzelecka procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi, et quidem Consors cum Praefati mariti sui Vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Idoneo ad infrascripta recognoscenda consensu, Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, Praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subiiciendo palam libere publice ac personaliter Infrascriptum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo praeinteresse recognouit, Quia ipsi Sibi mutuo et inuicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium Summarumque quarumuis pecuniariarum, tum Auri Argenti Clenodiorum, Stanni, Aeris, Cupri, Orichalci, Vestium Vestimentorum, Equorum, Equiraturum, pecorum, pecudum, ac totius Suppellectilis Domesticae nunc habitae et imposterum habendarum, in quacunque forma et materia existentium Aduitalitatem et Vsum fructum ad extrema duntaxat Vitae suae tempora, inscripserunt, assignauerunt, et concesserunt, tali Videlicet modo et Conditione Quod si prius praenominatum Generosum Carolum Dambrowski Maritum quam Suprascriptam Generosam Annam Celinska Consortem de hac Luce decedere contigerit, ex tunc eadem Consors sua Bona suprascripta, ac res generaliter omnes morte praedicti Mariti sui derelictas cum omni Possessione Iure Dominio et proprietate omnibusque et Singulis eorundem bonorum Vtilitatibus, fructibus Prouentibus, Redditibus Commodis, et emolumentis, attinentiisque et pertinentiis generaliter Vniuersis nullis penitus exceptis, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quie-

te et pa

te et pacifice utifruetur, Post mortem vero Praelictae Consortis suae extunc bona generaliter omnia suprascripta, morte praedicti mariti sui derelicta, ad successores eiusdem mariti sui sine quavis contraditione successorum praedictae Consortis suae devolvi debebunt et tenebuntur. Similiter etiam prius nominatam Generosam Annam Celinska Consortem suam quam praefatum maritum de hac luce decedere contigerit, extunc idem Maritus bona suprascripta generaliter omnia morte eiusdem Consortis derelicta cum omni praemissorum bonorum iure et proprietate omnibusque et singulis ipsorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, nullis exceptis, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice ad extrema vitae suae duntaxat tempora potietur. Post mortem vero et de hac luce decessum praedicti Mariti sui, bona sua suprascripta generaliter omnia morte ipsius derelicta ad successores eiusdem Consortis suae sine quavis contraditione successorum praedicti mariti ipsius devolventur, et venient praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Paszkowska Grochowskiego Quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Anna primarum olim Nobilis Gregorij Paszkowski ad praesens vero secundarum nuptiarum Nobilis Francisci Szczawinski in castris degentis neque ad infrascripta recognoscenda sibi assistentiam maritalem praebere valentis Consors legitima, sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem modernum attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosum Stanislaum a Grochowice Grochowski Castellanidem Lecopoliensem eiusque posteros de summa sexcentorum florenorum polonicalium sibi recogniti per eundem Generosum Grochowski scripto cereo seu membrana manuali inscripta et super bonis suis proprijs videlicet certa sorte Iuszechka dicta in bonis villae

Plesznie